

RELATIVOS

765. Nostri milites uno die pontem fecerunt quem hostes diebus decem confecerant
766. Scriptor librum scripsit in quo bellum in Hispanos narravit
767. Vidi hominem quem omnes Marcum appellabant
768. Viderunt hominem quem heri in horto uidi
769. Verba mea et Ciceronis de quibus iam tibi scripsit in libro sunt
770. Dicunt carmen quod mihi componis tenerum atque formosum esse
771. Milites omnes quos dux secum traxit in urbem mittuntur
772. Dicere quae dicis malum est
773. Illa parte urbis ab hostibus tenebatur quam nostri milites iam ceperant
774. Gallia diuiditur in partes tres quorum unam Belgae incolunt
775. Hostes ad senatum legatos quos uidimus miserant
776. Legiones Romanae saepe in eas regiones quas hostes tenebant profectae sunt
777. Post bellum senatus plebi auxilium quod petitum erat dedit
778. Opera magna illius imperatoris in libro de quo omnes loquebantur scripta erant
779. Poetae multi, quorum nomen tempus deleuit, carmina scripserunt pulcherrima
780. Nidos, quos ad fluminis ripas columbae fecerant, uentus deleuit
781. Graecorum oratorum clarissimi sunt ii qui Demosthenem imitati sunt
782. Arbores serit senex quarum fructus non uidebit
783. Xerxes omnes sacerdotes, qui in urbs Atheniensium manserant, necauit ciuitatemque incendio deleuit
784. Sculptor Mineruae simulacrum fecit quo templum ornauit quod Athenienses illi deae sacraverant
785. Interim ad eum legati uenerunt quibus imperator responderat
786. Omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petebant
787. Centuriones praemisit qui locum cognoscebant
788. Caesar exploratores misit qui hostium consilia cognoscebant
789. Omnia quae dixistis ab inimicis audita sunt
790. Pater et mater qui profecti erant in urbem reuerti sunt
791. Milites in flumine pontes fecerunt, quorum magna pars ab hostibus capta est
792. Caesar moratus est in castris quibus milites morati erant
793. Inuenerunt latrones quibus pecuniam dederant
794. Hoc est argumentum quod tibi magister dedit
795. Non mihi ea placent quae tibi
796. Eius cui nomen Claudia erat pecuniam non inueni
797. Flumen est Durius quod per terram Hispanorum in Oceanum influit incredibili lenitate
798. Caesar legatos misit quorum princeps homo fuit qui bellum in Germanos iam ante fecerat
799. Hostes castra ex eo loco mouent et Caesar omnem equitatum quem ex omni Galliae prouincia conscripserat misit
800. Caesar ducem hostium contra quos bellum fecerat ad se uocari iubet et cum eo de pace conloquitur
801. Miles qui belli peritus habebatur cum exploratoribus praemittitur

802. In senatum legati missi sunt qui pacem peterent
803. Fortes habentur non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam
804. Postero die tropaeum posuit loco quo pridie pugnatum erat
805. Beati sunt ii qui sua sorte contenti sunt
806. Catilina populares quaerebat qui secum facinus commiterent
807. Legati missi sunt qui consulerent Apollinem
808. Ingratus est qui beneficium quod accepit negat
809. Qui sequebantur ducem non mortui sunt
810. Vergilius poeta carmen magnae pulchritudinis scripsit, quo Aeneae fortuna narratur
811. Mercurius, qui deorum nuntius erat, uiatores iuuat atque mercatoribus fauet
812. Caesaris testamentum apertum est, quo C. Octauuium, nepotem sororis suae Iuliae, adoptabat
813. Multa eueniunt homini quae uult et quae non uult
814. Tria milia militum, qui arma retinuerant, montem proximum ceperunt
815. Erant duo itinera quibus domo exire possint
816. Titus et Spurius, centuriones, iter faciebant cum quattuor legionibus ad oppidum, quod a Samnitibus obsidebatur
817. Centuriones praemittit qui locum idoneum castris deligant
818. Caesar speculatores dimisit, qui cognoscerent hostium uoluntatem
819. Legatus, cui imperator exercitum commiserat, ab hostibus captus est
820. Haec est statua illius deae, quam Britanni Sulem, Mineruam Romani uocant
821. Custodes qui dormiuerant seuerissime puniui
822. Ancillae, quibus domina magnum praemium promiserat, diligenter laborabant
823. Equum quem amiseram repperi
824. Vxor mea, quae strepitum audiuerat, statim accurrit
825. Prope aram stabant milites qui ducem custodiebant
826. Homo cuius domus ardebat auxilium a praetereuntibus petiuit
827. Femina magistrum elegit qui filios doceret
828. Ille qui mentiri solent, saepe ipsi decipiuntur
829. Milites emisit qui turbam depellerent
830. Puella quae adstabat senem salutauit
831. Captiui quos rex e carcere liberauerat maximas gratias ei egerunt
832. Omnes ciues imperatori, qui urbi iam appropinquabat, obuiam ierunt
833. Id quod dicis falsum est
834. Eas uillas uendidi quae me minime delectabant
835. Id quod nauta dixit nos maxime perturbauit
836. Ei qui fugerunt mox capientur
837. Ille qui illam fabulam narrauit mentiebatur
838. Prope ianuam stabat nuntius, cui epistulam tradidi
839. Milites quos imperator miserat in castris manebant
840. Senex cuius pecuniam pueri inuenerant gratias maximas eis egit
841. Templum, quod in medio oppido stabat, saepe uisitabam
842. Gemmae, quas mercatori in Africa emerat, pretiosissimae erant
843. Hic est gladius quo rex occissus est
844. Puella, quae in cubiculo dormiebat, nihil audiuit
845. Puer cui donum dedi risit

846. Ancilla, quae in culina laborabant, cantabant
847. In eo libro narrantur dolores huius mulieris de qua iam tibi locutus sum
848. Hostes, qui trans Rhodanum uicos possessionesque habebant, ad
Caesarem profecti sunt
849. Nullus dolor est quem non fuga temporis minuat
850. Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui Themistoclem absentem
accusarent
851. Memoria eius, cuius uirtute patria libera fuit, Atheniensibus cara erat
852. Mercator nauem conduxit quae frumentum Romam ueheret
853. Princeps Plinium emisit qui Bithynos regeret
854. Multi eorum qui in bellis capti erant in foris uendebantur
855. Nullus dolor est quem non longinquitas temporis minuat atque molliat
856. Piscator bonus est piscem qui ceperit unum
857. Errant ii qui id expectant
858. Consul qui legionibus praeerat, ab oppido hostium aberat
859. Qui proximi Oceano fuerunt, in insulas contenderunt
860. Dux, qui domo egressus erat, exercitum per urbem ad forum comitabatur
861. Quae mihi dedisti, da Marco
862. Qui illam partem urbis tenebant, in hostes impetum faciebant
863. Cui pecuniam dedisti inuenire non possunt qui quaerunt
864. Quod Marcus tabulam esse putat, non tabula sed mensa est
865. Qui non recte uidere colores potest dicunt esse caecum
866. Mihi non datur quod uolo
867. Quae cognoscebam exposui ante senatores
868. Qui uidere non possunt caecos dicimus esse
869. Quae tibi dederant non nobis dedistis
870. Qui quaerit, inuenit
871. Qui hostes uicerunt, dixerunt se etiam oppidum capere potuisse
872. Qui semper haesitat, nihil unquam efficit
873. Quod rex uobis heri dedit, id uobis cras auferet
874. Quod suscepi, effeci
875. Quod potui, feci
876. Qui audet, uincit
877. Quae dominus iussit, ea seruos facere oportet
878. Quae tibi coniunx est, eadem mihi filia paene est
879. Qui te heri culpabat, is te hodie laudat
880. Omnes quos in causa uidetis, factum magnum scelus iudicabunt
881. Caesar legatis quibuscum ex Hispania exiuit dixit se amicos defendere
882. Caesar oratores misit qui hostium uoluntatem cognoscebant
883. Dixit latro se aurum non tulisse, sed hominem quem omnes uiderant
884. Nomina hominum quos te uidisse dicis dicere non possum
885. Mihi nuntiauit miles centurionem quem omnes fortem esse dicebant, quae
dux iussit non fecisse
886. Dico te tibi non uiro quem defendere cupis, pecuniam arripuisse
887. Animaduertit magister librum quem legebat iocosum esse
888. Centurio quem Marcum appellant nuntiauit hostes castra cepisse
889. Mihi dixerunt Caesarem librum scripsisse in quo bellum in Gallos narrabat
890. Reprehendere pueros qui non laborant magistri est
891. Non est iusti uiri inuidere collegis qui fortunam habent
892. Homine quibuscum uos in uilla fuistis non uidere poteram

893. Senator cuius uxor uillam tibi donauit mihi dixit se nihil de negotio scire
894. Centurio primae legionis quae in Italiam uenit nuntiauit tribunis, quorum non paruum numerum legio habet, imperatorem aegrum esse
895. Miles centurioni nuntiabat inimicas legiones appropinquare quas uiderat
896. Existimo Socratem, qui nihil se scire dicebat, inter Graecos philosophos clarissimum fuisse
897. Viros, quorum figuram describere non possum, non in Italia fuisse dico
898. Nuntiauerunt Caesari centuriones quos milites uiderunt legatos in castris fuisse
899. Affirmant philosophi nullam salutem sine uirtute quae necessaria homini est esse
900. Narrant scriptores quos saepe legimus milites Romanos caput galea tegere
901. Putauimus ciuitatem quae tunc magna erat malorum esse inimicam
902. Mihi narrabat Marci uxor Publium et Lucium gladiatores, qui inter se amici erant, amicos tibi fuisse
903. Mulierem cui pecuniam dedimus affirmabat Gaius se amare
904. Absurdas excusationes ad magistrum ferebat discipula quae se studere non potuisse dicebat
905. Dicunt qui hoc cognoscunt Caesarem librum in quo bellum Gallicum narratur scripsisse
906. Hunc qui inueniri debebat nemo inuenire potuerat
907. Clamorem populi dixerunt qui in foro ambulabant ex circo audiri
908. Non est magistri facere haec quae a discipulis non faciuntur
909. Homo cui Germani imperium dederunt dixit has mulieres latronem uidere non potuisse
910. Dixerunt ii qui de his loquebantur Vergilium et Horatium amicos fuisse
911. Narrant equites qui magnam multitudinem hostium uicerant in castris moratos esse
912. Iubet Caesar duas legiones, quas secum habebat, in Italiam duci
913. Arbitratus est populo Ciceronem, qui coniuratos necauerat, nihil mali fecisse
914. Pollicitus est se praemium daturum militibus qui castra ceperant
915. Respondit Lucius eos nunquam quae ceperant nobis daturos
916. Mercator respondit seruos qui uinum effunderent magno pretio emptos esse